

_Lettera_N_2678

Al papa Pio IX

Beatissime Pater,

*Romae, 19 januarii 1878

Joannes Bosco Salesianae Congregationis Rector Major ad sanctitatis tuae pedes humillime provolutus exponit.

Haec pia Societas cum absolutam et specificam suarum constitutionum approbationem consecuta fuerit sub die 3 Aprilis 1874 magnum adiumentum procul dubio acciperet in Sacro Ministerio exercendo, si sociis concederetur facultas absolventi a casibus in pagella Sacrae Apostolicae Paenitentieriae descriptis. Itaque hujus Congregationis Superior ad Dei gloriam lucrumque animarum promovendum a clementia sua, Beatissime Pater, humiliter et instanter postulat ut cujusque domus salesianae Rectores has facultates communicare possint sacerdotibus suis quoties operam dabunt missionibus, exercitiis spiritualibus, novendialibus, triduis, praecipue iis qui ad exterarum missionum proficiunt. Aliis casibus quibuscumque dummodo superior prudenter et rationabiliter judicat hujusmodi concessionem ad animarum salutem esse profuturam. Sac. Joannes Bosco